



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Facvltas Superiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

---

## APPROBATIO DOCTORUM.

**E**Go infra scriptus, ANTONIVS GAULDE Presbyter, Domus ac Societatis Sorbonica Doctor, Ecclesie Rothomagensis Præcentor & Canonicus, nec-non illustrissimi ac Reverendissimi in Christo Patris ac Domini D. Francisci Archiepiscopi Rothomagensis, Normania Primatis, in Spiritualibus ac Temporalibus Vicarius Generalis, testor hunc librum qui Authore Patre JULIANO HAYNEVFVE Societatis Jesu Sacerdote, VERITATES PRACTICAE, Inscríbítur, non modo nihil continere repugnans orthodoxæ fidei, & bonis moribus: sed valde pium esse, & utilem: atque omnes, quæ in eo continentur, Veritates, verè dignas esse quæ legantur, considerentur, & prædicentur. Datum Rothomagi, in Palatio Archiepiscopali, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo, die verò Martii undecimâ.

GAULDE

Vicarius Generalis.

*Idem testor.*

FRATER CHRISTOPHORVS CASTEL  
Doctor Theologus Ordinis FF. Prædicatorum.

---

## FACULTAS SUPERIORUM.

**E**Go Claudius Delingendes Societatis Jesu in Provincia Franciæ Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi ab admodum Reverendo Patre nostro FRANCISCO PICCOLOMINEO Generali Præposito factâ: facultatem concedo, ut opus inscriptum, VERITATES PRACTICAE, ex vita Domini Jesu, sanctorumque gestis, in singulos anni dies, à P. JULIANO HAYNEVFVE ejusdem Societatis Jesu Sacerdote compositum, & ab aliquot patribus ejusdem Societatis lectum & approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas & sigillo nostro munitas dedimus. Parisiis, sexto Aprilis 1651.

CLAUDIUS DELINGENDES.

FACUL-